

tiz oriuntur plerumque huiusmodi querimonia. Si fortunæ iuvant in malum, quare impijs Domine à te, qui rectus, conferuntur fortunæ? Si foveat opes, ctiminum aspides, & bibunt homines venena ridentes, quibus incidunt in infanias falsas; quare abundantes in seculo obtinuerunt divitias? Si abvuntur beneficijs, urgente in iniquitates bonorum copia; quare elargiris aurum, ut ab illis convertatur in idola provocantia? Si per iniqua, & indigna in dignitates ascendunt, ut titulo iuris fiant omnia ex plenitudine potestatis, conspurcatis legibus, exaltatis voluptatibus, per fas & nefas, sine respectu æqui aut iniqui grassantes, innocentiam opprimentes, ut regnet aucta tyrannide privitas; quare Domine illis conceditur dignitas? In labore hominum non sunt, & cogitant crimina, quæ non hominum: quare non extendis manum, ut vexatio det vecordibus intellectum? Ideo tenet eos superbia: contere, ne pravealeat irrequieta malitia, ut attriti succedentibus malis, minimè transeant in affectum cordis. Si felicitas vagatur per lasciva, & blandimina genij cogitat tantum philautia, euntibus in adinventionibus suis, quoniam respiciant vel tempore senectutis; dies pleni inveniuntur in eis? Venumdati sunt sub peccato, gaudentes servitute, & libertate: & pateris? & sustines? Ne taceas, neque compefcaris Deus. Ecce inimici tui foverunt, & qui te oderunt, extulerunt caput. Exitus ex discretione maiora fovet, ex periculo impudencia in pericula ruit cum dedecore familiarum, cum turpedine domorum, devenustans propria, labefactans aliena, contentiones querens, atque in malignis persistens. Est ne nescientia in excelso? Dormis tanquam potes crapulatus à vino? Reliquit terras Aethra? Manet ne detruncata iustitia? Si fœminarum cultus verecundiam proterit, & pudorem interficit, gestu decipula pedum, vultu amaritudine luminum, vel templa profanatis, oblivione honoris, studio curiositatis, retorto intuitu cogitationis in lecticas, in theatra, in pantomimica ornamenta, in voluptatis ludibria, in muliebrem mundum, patrimoniorum impendiam, & rationis monstrum, cuncta cogitantibus præter te, columbis ductis non habentibus cor, plenis das lilia manibus, & replebis bonis, multiplicans inundationes quasi Iordanis in proterve mensis? Si ita à pessimis tua causa prosterntur, quare via impiorum prosperatur?

5 Si iustus ita apud te magni fit, igitur nihil habes, quo magis deleteris, quare vitam illius in amaritudine ducis, tua in illo

præcordia torquens, & quasi de malis gaudens? Spem in alio præter te nunquam ponit, sollicitè te in cunctis inquiri. Sine causa iustificat cor? Aeternè verberat? Sequitur umbram? Cur labor est ante illum, & manet flagellatus tota die, dispositis pœnis, ut sagittent in oculo rectos corde? Non es sollicitus prodesse bonis, nocuisse malis? Si quem diligis, flagellas; si quem odis, felicitas; & commutantur erga probos & improbos pœna & prosperitas; cur ita iudicas? Ah! Rotat omne fatum, Nemo gaudet duplici gloria: qui habet in mundo, non habebit in celo: verum Æorebit sine tempore in celo, quisquis immeritò iactatur in mundo.

6 Fortuna (quæ seriò nulla, sed divina providentia) confertur per Alapide in Genes. 28. Scilicet Iacob, quam vidit stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam. N. Rupertus hic, non Angelos, sed homines vocat: *Homines* (inquit) *ad ima delapsu, & ad supra conscensu gradientes*. Perpende *Ad ima delapsu, & ad supra conscensu*: quippe quam Legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. secus concepti motum: igitur describit gradum ad ima conscensu, & ad supra delapsu. *Non alio sine dubio* (ait) *descensus ille & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere*. Gloria ibi inerat, & alij à terra per gradus scilicet ascendebant in gloriam; alijque à gloria descendebant in terram. Si gloria est cumulus felicitatis, & mundus centrum amaritudinis, quasi infernus temporalis, quo catenati labores; quo pacto alij descendunt à gloria felicitate in infernum dolorum, & alij ex inferni mansionem ascendunt in gaudia prosperitatum? Scala fortis est, invertitur: impossibile prorsum stare fortunam; quia stat in rota, & ad gloriam & ad pœnam. Unde exaltati proteruntur, & proculcati exaltantur; igitur inversa rotâ, etiam volvitur fortuna.

7 Aptius promam. Per vana mundi gaudia, vel ad gaudia per scelera, ascendunt impij, suo iudicio potitur gloria. Per acerva cruciamina descendunt infontes, sequentes studiosè virtutes, deieci pellundati, omnium perpessam, averfantis, & averfante fortunâ, quasi nati pœnis, qui pleni bonis. Vita illorum plauditur vita. Horum vita æstimatur infania. Illi profertur in felicitatis exemplum: isthi habentur in derisum. Sitiunt, esuriunt, nudi sunt, & nudantur, maledicuntur, & blasphemantur, ut purgamenta mundi pariantur despectus, qui

Querimonia in pravo suis.

De infelicitate bonarum.

Genes. 28. 12.

Rupertus

Cap. 5.

S. Bona

Felicitas & infelicitas in rota.

Qua tandem tandem volvitur.

In morte istorum, & impiorum ima summa, & summa ima.

Herculi via.

Matth. 7. 14. Ver. 13.

Ambr.

Via virtutis & voluptatis.

quibus dignus non est mundus. Illi ad gloriam per scilicet gradus descendunt, iusti verò per eodem gradus in miseriam descendunt: & ascensus impiorum designatur decubitus; descensus infontium indicatur ascensus; quoniam inversa scala, & mutata fortunâ, qui pœnis descendebant, elevantur ad gloriam: qui gloria ascendebant, detrunduntur in pœnam.

8 Permansuram cum clavo cupitatem fortem iudicant felices, per iniqua in thronos ascendentes; & iustorum abiectionem, descendunt in pœnam, minimè rota volubilitate mutandam: illos nonnumquam faulse prosperitate donandos, ac pereuntes in æternum perituros; quasi non haberet felicem exitum meditata virtus, & inultum subterfugeret minimè scelus. Volvitur rota, invertitur scala, & quæ ima apparent supra: quæ dolor, voluptas; quæ meror, prosperitas; quæ gaudium, toxicum; quæ exultatio, ex imo corde suspitium; igitur brachium maligni & peccatoris Dominus conterit, & iustus in miserijs non subsistit. Hinc cum qualibet iniquitate iacta sint semina cladis futuræ; lassati in via perditionis, mirantur *In subitatione insperata salutis*: siquidem iusti qui abieci atolluntur in altum, dum illos tradacant ex adverso iniquitates ipsorum. Sanè in *Subitatione*, quoniam horum cogitatio subvertitur in momento. Exitus non prævisus semper novus. Novitas admirationem nutrit, ac stuporem fovet: miranturque subitationem insperata salutis; quippe summum novitatis, quoddam illi in ima projicerentur ascensu, & iusti ascenderent usque in supra delapsu.

9 Dux via proponuntur Herculi, arcta, spinis septa, quæ ducit ad felicitatem; florida, lata, quæ ducit ad mortem. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Quare una à Christo vocatur *Porta angusta*: & altera, *Porta lata & spatiosa*; quas Ambrosius in *Psalm.* 1. ita describit: *Dua sunt viae, una aequitatis, altera iniquitatis. Iustorum angustior; inistorum latior*: Hic libertas cupiditatum, illic servitutis iniuria; hic convivium, illic ieiunium; hic intemperantia gaudiorum, illic perseverantia lacrymarum; hic saltatio, illic oratio; hic cantus dulces, illic gemitus graves. Via stricta nimis in ingressu (quæ via virtutis) lenè diducebatur in spatiosos campos felicitatis. Via lata, & valde concurrentium pedibus trita (quæ decursus perditionis) senfim arcabatur in præceps cupiditatis. Felicitatem, vel perditionem probabant exitus, etenim ante obitum ne-

Tom. II. Taut.

mo miser, nec beatus. Floridè Virgilius *Carm. de Pythagora littera*, idest, Y. *Nam via virtutis dextram petit ardua callè, Difficilem auditum primè spectatibus ostiè, Sed requiem præbet fœsis in vertice summo. Mollè ostendit iter via lata; sed ultima meta Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa.* Videris Vincent. Chartarum de *Imagin. Deor.* in *Minerva* fol. 249. Abrahæ dicit Dominus: *Benedicam tibi, visque benedictus*. Ad quid igitur alitruer iterum asserunt benedictionem? Ut, ni de cœlis, nemo confidat nimium secundis: igitur quæ de celo, quantumvis per adversa, vera prosperitas, & quæ lucret per prospera ex mundo, falsa felicitas, magis in præcipitium, quam in ascensum.

10 Illustrem ingeniosamque inventivam in Rustium proferit Claudianus, & miro artificio rationis pro Numinis providentia concludit, impunes minimè reos. Obsequium, imò servitio fortunæ desiderijs impiorum, cum fastidio virtutes insequentium, crebro liberam premebat cogitationem, quia *Sæpe*, inquit:

Mibi traxit sententia mentem, Curarent Superi terras, an nullus inesset Rector, & incerto fluerent mortalia casu.

Nexus sphaerarum cœlestium, oppositio conformis constellationum curtus vagus Planetarum, circumvolutio caelorum, splendor diversus & unus ignium, Sol origo lucis, Luna illuminata, illuminatrix noctis; ignis præcellens aërem, aër & aquam & tellurem, hæc ornata floribus, fructibus & animantibus; illa insulis, margaritis, & piscibus; mare inclusum intra arenam, totus orbis intra aquam; indicant næ universa minimè fluere, sed providenti à mirificè gubernari.

Nam cum dispositi quassissem fœdera mundi, Præscriptoque maris fines, annique meatus, Et lucis, noctisque vices, tunc omnia rebar Consilio firmata Dei, qui lege moveri Sidera, qui fruges diverso tempore nasci, Qui variam Phœben alieno iussit igne Compleri, Solemque suo: porrexerit undis Littora: tellurem meo libaverit axe. Cæterum intuitu huius mundi rationalis, & politices hominis microcosmi, extra rationem ita, ut perperam definiatur per animal rationale; quandoquidem inditam de cœlo rationem, tantum habet ad speciem, contradicens operibus, quod astruere conatur intellectibus, Sole intelligentiæ pelago cupiditatum summerso, vel illarum obscuritate non orto.

Sed cum res hominum tanta caligine volvit, Inspicere;

Virgil.

Genes. 1. 6.

Claud.

Ordo Macrocosmi mirificus.

Idem.

Microcosmi corporis.

I.

Ma.

Monstra
in regi-
mins.

Malignitatem principari, lasciviam zrotis, exultatione foveri, è raptò vivi, vinci pietatem, oggrasari addulationem, extra tribunalia exulare consilium, & introduci commodum, Iustitiam affligi per quos debeat florere; retorquei leges glosa utilitatis, iura frangi specioso velamine iuris, atque religionem religionis specie, urgente vel inhabilitate ambitione; merita crimina, crimina merita; Religionem politice, politice Religionem; voluntatem legem, insolitum, dignitatem auctoritatem; fidem perfidiam, calumniam deauratam, poenam & metum à cordibus sceleratis abesse, quasi flagitia vagarentur sine vindice; qualque reconderat, Stygiisque adyoverat umbris, effodi opes, irritamenta malorum, ut vigeat idololatria divitiarum in templo cordium; iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum; non hospitem ab hospite tutum, raram quoque gratiam fratrum, filios parentum exitium, & qui genuerunt, filiorum:

Letosque diu florere nocentes,
Vexarique pios; rursus labefacta cadebat
Religio, causaque via non sponte sequebar
Alterius, vacuo qui curvere semina motu,
Affirmat, magnamque novas per inane figuras
Fortuna, non arte regi: qua Numina sensu
Ambiguo vel nulla putat, vel nestia nostri.
Igitur nec malis mali sapiunt, nec lætis credunt
quandocumque, ut canit Hilarius in sua
Genesi ad Leon Pap. v. 180.

Idem.

Hilar.

Nec tamen ista malos revocant: furor impius
orbem
Obsidet, & laxis rabies defertur habenis:
Bella placent, cadeseque simul periuria, fraudes,
Mentiri que libet, rapere est amor, abdere
furta,
Nulla fides populis, nulla est iam veritas
usquam.

Senec.

14.

Mali
licet.

Ecce siparium scissum: verum quid? Dimissi
in desideria cordis, prosperantur. Quoties
processeris domo, per sceleratos illi, avarosque
& prodigos, & impudentes, & ob ista
felices, incendendum erit: ait Seneca lib. 2.
de Ira cap. 7. Haud luet poenas Sylla, cuius
dignata scelera fortunæ gratia? Qui, ut in-
fit Stoicus de Consolat. ad Marciam cap. 12.
Nec odia hominum veritas, quorum malis il-
lius nimis secunda res constabant, nec invi-
diam Deorum, quorum illud crimen erat:
Sylla tam felix. Dum horum fortuna per-
mittitur, providentia divina in sui dispo-
sitione forsitan fallitur? Neutiquam.
Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultu,
Abstulitque Deos. Iam non ad culmina rerum
Intus crevisse quoror: tolluntur in altum,
Ut lapsa graviore ruant.

Quid mihi homo? Lento enim gradu ad vin-
dicam sui divina procedit ira, tarditatem;
que supplicij gravitate compensat. Serz vi-
dentur flagitiosz poenz, sed nunquam irri-
ta. Quid quod divitijs affluant? quid quod
honoribus floreat? O miseri! In hoc altius
tolluntur, ut decedant altius. Saginantur ut
victimz, coronantur ut hostiz, sacrifican-
da tandem tandem subtiliori poenz. Deiji-
ciuntur, dum allevantur: & allevantur unde
altior casus fortunæ, & impulsz præceptis im-
mane ruinz: igitur è sublimiore fastigio,
gravior delectio, securior allisio, cruciamen-
maximum, quia ignotum, & improvolum.

11 Pacem habent peccatores terræ,
quæ quidem ita titillabat appetitus voluptate,
quod penè moti Davidici pedes, ut
transirent in affectum cordis: verum sugges-
tionis evanuit illecebrosum periculum, dum
intellexit in novissimis eorum: quandoquid-
dem, ut succinit Iuvenalis Satyr. 10. v. 172.
Felicitem, vel levam fortem

Mors sola fatetur.
Scrutatus est legum prævaricatores, & ob
ista, primo iactu lominum, quovis felices;
sed nequitia ac divitijs abundantibus, in cul-
mina potestatum ascenditibus, Propter do-
los (ait) posuisti eis. Intellige occasionaliter,
non intente. Sed unde doli, & muscipula,
dum in sinum cadunt nonnumquam prospera?
Quia prosperantur, falluntur, & inde cor-
runt, unde sublimes fiunt. In sublimiore
gradu prosperitatis deauratur dolus, igitur
lubricum latet præcipitium, ubi cogitatur
ascensus. Eadem fiducia qua prius, proced-
dunt impij, plana iudicantia præcipitia, &
faulte posita vota: vocanturque merito frau-
des, quos concipiunt honores; quoniam
fallente pede, vacuo cacumine, quò altius
præstantur cogantur, inde fortius delecti col-
liduntur.

12 Deinde. Surgerè facillè potest hu-
mo, qui cadit in plano. Parva utique, ina-
nisque ruina eius, qui vix elevatur à terra.
Levis claret ictus adversæ fortis, ubi nec-
dum videtur facies felicitatis. Inimici Do-
mini deficiunt, mox ut honorificati fuerint, &
exaltati: unde exaltationes iurè signantur
doli; quippe honoribus & voluptatibus tol-
luntur in altum, affumuntur in fastigium,
neutiquam ut ascendant, sed ut lapsu gra-
viore è sublimioribus ruant.

Aprè pro dolis legit Hebr. Blandicias,
Adulationes: Chald. Tenebras: Grec. Tergiver-
sationes: Hieron. Lubricas. Syrenum ad-
instat improbos ducit: ut illiciat, allicet
Fortuna, & cæcos cæca urget in edita. Ne
suspiciosa videatur exordio, refugit, & de-
viat,

Ubi al-
tius cul-
men, gra-
vius dif-
crimen.

Iuven;

Psalms
72. 18.

Inde ma-
li miserè
unde
sanguis.

Fortuna
eos ele-
vat, ut
allidat.

Blandi-
tur, &
infidia-
tur.

Comp.
Bib. Am-
brof.

Fovet, ut
specet.

Sella
Curulis
apud Ro-
manos

Aul. Gel

viat, ut firmet, à præcipitio. Securitatem
venditat; quæ semper falsa, ut decipiat mag-
is tuta. Adulator cæcis, lenocinatur insani-
s, blanditur stupidis, indulget genio, sed
collocat meditante in lubrico; ubi inniti
validiori pede, est fortius præcipitari. In
tenebris ambulatur, dum altiora cogitant:
præceptis haud novum, si vix illorem tene-
bræ & lubricum. Fortuna, modò illi cor-
ruant, parvi pendit, quòd ruat. Alas ha-
bet, citò surgit, ut in alios advolet. Ulsque
in summa vultu fallaci elevatos assumit, po-
stea ridendo in cacumine dimittit, ut sine
pennis quibus sumperant alas, luant poe-
nas. Sanè parent doli, quæ micabant blan-
dicia. Non est obsequium elevari à terra, ut
ex edito loco formetur ruina. Non est ascen-
sus, sed sensibilis casus, & duplex dolus: si-
quidem antonitis culminibus, sine sensu van-
is tergiversationibus fortuna compellit
ascendere in superiora, ut pedis motu falsa
detradat in ima.

13 Pende: Propter dolos posuisti eis.
Quid? Complentis. Bibl. Mala. Ambro-
sius, Bons. Quomodò bona & mala: Quia
verè in perniciem, quæ construebant in fe-
licitatem: siquidem specie bonorum incesca-
ta voluntas, & blandita successibus turpior
cupiditas sequebantur interitum, dum am-
plectebantur commodum. Vocantur itaque
propriissimè doli mala micantia prosperi-
tatis specie; quippequam ex improvviso mi-
tuntur in saxa, qui tolebantur ad sidera. Do-
lus nil aliud est, quàm dolor oppositus cogi-
tatis, atque amaritudo mentis, illeceæ larvæ
dulcoris. Felicitas vera induit miseriam ve-
stibus, miseria verò rutilat beatitudinis co-
loribus, diversæ omninò & vultu & animo,
quoniam species mentita tantum species,
qua miserimè falluntur, qui interius non
intuentur. Ascensiones in corde disponit,
cui per mala, fortuna favet, & decipit. Ducit
improbus & seducitur blandè: ascen-
sioneque in culmen vocantur doli; quoniam
qui habebat summa, subito mota rotà ten-
dit in tarrera.

14 Videtur huiusmodi prævaricatori-
bus, malis pro tempore impunibus, matri-
monium cum fortuna nec morte dirimi, ar-
que Deum conniventem non videre. Non
dormitat, neque dormit. Sella Curulis thronus
Ædilitium & Imperatorum, ut videris
apud Dempster. in Rosinum lib. 7. cap. 25.
& lib. 10. Paralip. ad Cap. 29. quam coro-
nis Romani ornabant) pro fulcris constab-
bat rotis. Senatores, ait Aul. Gellius lib. 3.
Noct. Attic. cap. 18. qui Curulem magistrat-
um gessissent, curru solitos honoris gratia

in curiam vehi, in quo curru sella esset,
supra quam considerent, qua ob eam cas-
sam Curulis appellaretur. Potius, ni fal-
lor, invitabant honorem conferentes peni-
tudinè, quàm honori: igitur parum sulca
dignitas, quæ movebatur per rotas, est
pericere modò munere gaudent, nihili fa-
ciunt, quòd munere ruant. Hispanicè: Como-
logren los pueños, no reparan rodar con los
oficios. Proximus est præcipitio, qui stat in
globo.
Eiusmodi sella indignis ac iniquis sub-
dolè præparatur à fortuna. Multos videmus
peccatores, & ob crimina florentes. Vel
impossibilia à cupiditate parata, nihil eis ab-
nuji vel irata fortuna, nunquam etiam ad
flagitium renuit manum, nec avertit vol-
tum: felices exitus haboic tetrum horribi-
le facinus; & meruit præmia virtutis, sce-
lus: corona, iniquitatum fulget auctora-
men; verum nec ulli præstat fortuna fidem.
Ascendant, poenas assumunt, volant ut
quiescant; sed ubi? In fellam Curulem, quæ
leviter mota, acce tantum agitata com-
mover volubiles rotas, & felices illate-
nus, è fastigio præcipientes, corruunt in flam-
mas.
15 Ex vivo emblemate infausta pro-
speritatis, decursus fiat in veritatem inau-
dita visionis. Ad thronum elevatam, atque
cum maiestate sedentem, cuncta arbitrio
iudicantem, cingere nobile fatellitium, &
coronam ministrorum, ait Daniel: sed thro-
nus eius flamma ignis, rota eius ignis ac-
census. Nulla gloria iudicis pompotior, ve-
rum structura & materia throni mirabilior.
Thronus ex flamma ignis, & impositus ro-
tis, quæ etiam erant ex favillis? Proh mor-
tales! Si splendor throni oculos non infice-
ret, sed illuminaret, cuncti fugerent dig-
natum cacumen, tamquam ignem. Amb-
itione inflammantur, pereunt fulminis
flamas, & flammis pereunt: igitur in illis
haud cogitant urentem ignem, sed reniten-
tem circumcirca fulgorem: verum si cogi-
tant; modò fulgeant, & è sella cæteris do-
minantur; haud interest, quòd combu-
rantur.
Ex flamma ignis construitur thronus,
cuius rotæ ignis accensus. Si rotæ in thro-
no, malum omen ipsa præfidis inaugura-
tio: quandoquidem non eligitur ut in so-
lium ascendat, sed ut è fastigio ruat. Thro-
nus ferè in præruptis: quid non periculi su-
perpositus rotis? Gloria iminet, pondere
imminet. Clavo iustitiz, signo fortunæ, in-
diger ut rota currus consistat, aliter labat:
igitur si iniquitas evellit è trono clavum,

in quo curru sella esset,
supra quam considerent, qua ob eam cas-
sam Curulis appellaretur. Potius, ni fal-
lor, invitabant honorem conferentes peni-
tudinè, quàm honori: igitur parum sulca
dignitas, quæ movebatur per rotas, est
pericere modò munere gaudent, nihili fa-
ciunt, quòd munere ruant. Hispanicè: Como-
logren los pueños, no reparan rodar con los
oficios. Proximus est præcipitio, qui stat in
globo.

Eiusmodi sella indignis ac iniquis sub-
dolè præparatur à fortuna. Multos videmus
peccatores, & ob crimina florentes. Vel
impossibilia à cupiditate parata, nihil eis ab-
nuji vel irata fortuna, nunquam etiam ad
flagitium renuit manum, nec avertit vol-
tum: felices exitus haboic tetrum horribi-
le facinus; & meruit præmia virtutis, sce-
lus: corona, iniquitatum fulget auctora-
men; verum nec ulli præstat fortuna fidem.
Ascendant, poenas assumunt, volant ut
quiescant; sed ubi? In fellam Curulem, quæ
leviter mota, acce tantum agitata com-
mover volubiles rotas, & felices illate-
nus, è fastigio præcipientes, corruunt in flam-
mas.

15 Ex vivo emblemate infausta pro-
speritatis, decursus fiat in veritatem inau-
dita visionis. Ad thronum elevatam, atque
cum maiestate sedentem, cuncta arbitrio
iudicantem, cingere nobile fatellitium, &
coronam ministrorum, ait Daniel: sed thro-
nus eius flamma ignis, rota eius ignis ac-
census. Nulla gloria iudicis pompotior, ve-
rum structura & materia throni mirabilior.
Thronus ex flamma ignis, & impositus ro-
tis, quæ etiam erant ex favillis? Proh mor-
tales! Si splendor throni oculos non infice-
ret, sed illuminaret, cuncti fugerent dig-
natum cacumen, tamquam ignem. Amb-
itione inflammantur, pereunt fulminis
flamas, & flammis pereunt: igitur in illis
haud cogitant urentem ignem, sed reniten-
tem circumcirca fulgorem: verum si cogi-
tant; modò fulgeant, & è sella cæteris do-
minantur; haud interest, quòd combu-
rantur.

Ex flamma ignis construitur thronus,
cuius rotæ ignis accensus. Si rotæ in thro-
no, malum omen ipsa præfidis inaugura-
tio: quandoquidem non eligitur ut in so-
lium ascendat, sed ut è fastigio ruat. Thro-
nus ferè in præruptis: quid non periculi su-
perpositus rotis? Gloria iminet, pondere
imminet. Clavo iustitiz, signo fortunæ, in-
diger ut rota currus consistat, aliter labat:
igitur si iniquitas evellit è trono clavum,

Ambrosio
se
præcipi-
tium, am-
biuat.

Volant,
ut decia-
dant.

Dan. 74
5.

Ample-
antur
ignem,
ambien-
ter fulgeat
rept.

Ex summa felicitate in flammam currunt inferni.

alliduntur statim sedens & solium. Fortunæ exitus claret hieroglyphicam, dum assumuntur iniqui in altum per gradus scelerum. Cum parva fuerint feliciter prima, aggregant summis maiora: & minimè quiescant, quousque perveniant in caput thronum: qui quidem ignis & impositus rotis; quoniam ex gradu sublimiore fortunæ, in flammam subito præcipitantur inferni.

16 Semina flammæ condita servant in malis, ut ardeant tempore mortis: igitur lapsu & motu excitant tartari pro vita sopitum ignem, quo omnia flagrant, noxa ministrante fomitem. Ad instar Lunæ fulgent laboriosa ac gravi felicitate. Crescunt, ut decrevant: illuminantur, ut obscurantur. Qui in vita orbe pleno, in morte penitus vacuo. Duobus hemicyclis constat corpus, aut orbis huius lanaris felicitatis. Micat rutilus? In morte apparebit oppacus. Nonne sicut tenebræ eius, ita & lumen eius? Uti que: de tenebris tribulationis oritur lumen felicitatis, quoniam pro introitu in gloriam, oportet pati quamlibet in mundo pœnam. Ex lumine mundanæ prosperitatis tenebræ gignuntur exteriores: igitur non videbit gloriam Domini, qui vidit mundi: sæpe enim in illo felicitas suspiciosa, quæ comitatur indefesse crimina.

17 Nefontes gloriuntur in malefactis, & iusti desperent in igne tribulationis, Affector N. protulit: *Vide, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Quid hoc? Quæ participatio luci ad tenebras? Quæ societas iustitiz cum iniquitate? Si gloria mundi, dignitates, fastigia, imperia, & cætera huiusmodi vocantur splendores; quo pacto orici quibunt à tenebris? Si iniquitates, scelera, ut animæ macule, merito dicuntur tenebræ; quomodo inducere possunt in splendorem, ut pateant lumen? *Quia interdum culmen prelationis accipiunt, qui in charitate Dei & proximi perfecti non sunt:* inquit Gregor. Mag. lib. 4. in Reges, cap. 10. Plerumque vitam turpiorem protegit auctoritatis acumen, & splendet dignitate, qui polent crimine: quandoquidem assumuntur ad regimen; nullâ sui habentes moderationem, venundati sub delicto, verum fulgentes in folio. Quoties iniquitatem comitatur dignitas, insidiosa iudicanda maiestas. Vana sanè pulcritudo, genita nævo. Perperam cadit, dum in vicio decor est: & Christus monet; ut videant, ne lumen tenebræ sint; quippe si scelere fulget thronus, latet caligo subpedibus eius: igitur quos circumdat culminis claritas, tandem mittuntur in tenebras. Videant, ne lumen dignitatis tenebræ sint:

Felicitas humana quasi Luna.

Luc. 11

35.

Gregor. Pap. Dulsis anieffas quam genuit iniquitas.

ne nitatur fulgor noxâ, quæ semper lubrica: etenim in tenebris inferni præcipitat honore fulgentes, quia ascenderunt in thronos per gradus iniquitatis.

18 Cogitabam aliquando, Cur apud varias nationes imperia floruerint, & maxime, quare Romanis cesserit imperium orbis? Virtutibus moralibus tribuit Augustinus lib. 5. de Civ. Dei cap. 12. Quem sequuntur plures Expositores ad illud Deuterone. 7. 10. *Reddens odientibus se statim, protinus eis restituens quod merentur.* Ubi Chald. *Non differt facere bonum inimicis suis, pro bonis qua faciunt eorum eo; sed in vita eorum retribuit eis:* igitur nullum malum inultum, nec bonum non remuneratum. Sit ergo verum Iudæi qui imperium Romanum viderunt nasci, & Christiani, qui flores non solum exerceverunt animum in militia moralium virtutum, sed meruerunt sub vexillis supernaturalium, habentes spem solidam, fidem vivam, ac charitatem accensam: cur nam hi electi populi sæpe mancipati servituti, & Gentiles semper fasti?

19 Clariùs lucebit expositio ex duorum regum imperio. Regnarunt Iobus & Salomon. Hic apostata, nimis criminofus, atque malitiose improbus: ille verò vel invidiæ sine nævo, oculis cæco, pes claud. Prisci, ut disserit Aristoteles lib. 1. cap. 5. *Art. Roetor.* in varias classes dividuntur felicitatem, nimirum, in nobilitatem (conciantem concivium ælimationem) liberorum multitudinem, divitias, gloriam, honorem, sanitatem, pulchritudinem, ætatem longævam; amicitias, & fortunam prosperam. Hæc omnia planè & plenè visa in Salomone. Vid. 2. Reg. 13. 25. 3. Reg. 3. 13. 18. cap. 10. 11. cap. 11. 4. 43. & cap. 13. 25. Secus verò in rearsissimo Iobo: cap. 1. 12. 19. cap. 2. 8. 13. cap. 17. 1. cap. 19. 13. & cap. 29. 18. igitur huius individuus comes erat miseria, & partes Salomonis nonnumquam sequebatur fortuna. Hoccine credibile florentibus certatim æquitate & iniquitate? Si Iobus non peccavit, nec cognovit crimem; si Salomon Dei protrivit auctoritatem, ita ut depravatum cor eius sequebatur Deos alienos, supplantans populos; cur vita Iobi in amaritudine ducitur, & inauditus conqueritur, dum Salomon prosperatus, magis que apud cunctos efficitur? Cur tanta mala bono? Cur bona tanta malo? *Videtur enim* (subdit Alapide in Deuter. 17. v. 16.) *illi gloriam terrenam concessisse, ut privaret coelesti.* Elargitus est Dominus Salomoni huiusmodi fluxam, debilem felicitatem; quoniam sciebat morituram impœnitentem.

Cur Romanis cessit imperium orbis.

Chald.

Arist.

Specie felicitatis numeranda.

Tob. 17.

2.

Eccle. 1

16.

Alapide.

In felix felicitas.

DIDASCALIA II.

Quantum possit amor, qui vitam in morte ministrat!

1 **E**Xclamat Achilles Bocchius lib. 1. *Symb. 7.* Later in vulnere vulnere virtus, ac punctione valefcit tumidum pectus.

Lata duris mista.

Canit Seneca in Oedip. Act. 2. v. 208. & merito, etenim non est ad astra mollis, è terris via. *Habet has viceis vitutines conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur. Occultat utrorumque femina Deus & plerumque honorum, maiorumque causa sub diversa specie latent:* ait Plinius in Paneg. Traian. Utinam mortales saperent, & novissima providerent! verùm illectis crebrò falsa voluptate, nemo ex illis est, qui recogret corde.

2 Vidimus mala sub felicitatis specie *Didasc. præced.* modò ostendemus substantiam beati udinis sub specie adversitatis; igitur Deus occultat utriusque femina, ut ad gloriam retorqueretur petrita via, scilicet a Virtute in Honorem, non ab Honore ad Virtutem.

Mens namque verum capta oculis bonum Dum nescit usquam excernere, fallitur, Semperque vitans expectanda Insequitur sua damna præcepta.

Succinit Achill. Bocch. ubi supr. *Symb. 20.* In manu Iobis erant calices doloris, & voluptatis. Fugiat fabularum vanitas, ubi succelsibus aperitur veritas. Comes voluptatis semper dolor: amaritudo haudnumquam habet voluptatem à tergo. Calices in manu Dei sunt: & inclinavit ex hoc in hoc, siquidem adversa dulcescunt in felicitatem, & felicia vertuntur in fortis amaritudinem. Exteriora æstimat valde cæcutiens mundus, spectaculo sui maxime lætus; sed fallitur. Intus omne bonum & gloria, igitur non egerit felicitate, felicitas maxima. Multa incident tristitia, dura, horrenda & horribilla, verum animus adversus omnia. Spectaculum utique Deo dignum, dum mala patientia superant; quòd virtus supra patientiam. *Intrinsicus est gloria nostra* (ait Augustinus lib. 1. de *Serm. Dom. in mont.*) *& beatitudo:* etenim licet animam Deo gratam tumdar persecutionibus mundos; non tantum gloria, sed omnis gloria filiz regis ab intus. Perferatetur.

Ach. Boc. Læta duris mista.

Senec.

Plin.

Sub diversa specie adversa prospera.

Sene fecit qui felicitas, damna præcipia.

Bocch.

Paret in exitu.

Intus habet adversitas bonum.

August.

Eg.

Mors designat vere mala, & vere bona.

Ovid.

Gen. 48 14.

Luc. 16 22.

Res secundæ in morte in faulge.

Iuven.

*** ***) (**) (**) (**) (**)

têm. Bona temporalia fuerunt virtutis præmia, quippe in exitu indignus æterna vitæ & lobum vulnerat, macerat, verberat, tantquam in fornace probat; quia in gloriam sempiternam præparabat. Unde felix miser, & miser felix; quippequam nulla pœna, nec gloria, quæ non æterna.

20 Sunt ergo primi novissimi, & novissimi primi. Prosperitas in vita malum prognosticon, afflictio autem catholicis grande solatium. Tormentum iusti vitæ finitur, æque verò peccatoris gaudium; igitur tunc incipit mori, & sine fine pati. Ille luget, ille ridet. Ubi fortuna? Ubi gloria? *Scilicet ultima semper*

Expectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo, supremaque funera debet. Canit vel Ethniscus lib. 3. *Metam.* Fabul. 3. Mors facit, quod Iacob benedicens nepotibus, nimirum, *Commutat manus:* longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius divitiæ & gloria: & in articulo consultò decussit brachia; & patet miser, qui floruit prosperitate; floretque prosper, qui plorabat miser.

21 Quam felix iudicabatur Epulo dives! Quam miser Lazarus, & ad ianuam epulonis! Infelix virtus? Absit. Ille induebatur purpura & bysso. Pretiosior purpura similior flammæ, & dives finis præcius, induebatur colore. Lazarus nudus & ulceribus plenus. Mensa divitis opipara, esca pauperis vel nulla, vel obvia. Ille vel iacens exultabat, iste vel sedens iacebat. Fortunam videres diviti, & miseriam natam pauperi: verum finem habent omnia, quæ mortalialia: *Factum est, ut moreretur mendicis, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahe.* *Morsus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* Scena versa est. Pauper Gloriosus, dives in inferno sepultus? Hic non fuit felix? ille non miser? Quia miser & felix. Unde in oppositis tanta sortis differentia? Mors quæ finis, decussavit brachia: & infelicem beatificat, dum fastum cruciatibus aggravat; quoniam quæcumque minuit fortuna, ut malos tollat in solium, deserunt certatim, ut inferno sepeliatur. Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

Vis ne salvari sicut Scianis, habere Tantum usum, atq. illi summas donare Curuleis? Doccet andem; ditæque humana conditio, prosperitatis ambitiosa, quòd felicitas falsa, xere miseria.

Gen. 12.

Petra-Sancta.

Gl riasvir tuis su b specis ad versita ti.

Iasonis quatuor.

Rav. Tex.

Ex vulnere sa- luti.

Quod maxi- mum di- lectiois studium.

3 *Benedicam tibi, erisque benedictus,* quasi cumulus fortunæ prosperæ promittitur Abrahæ. Relinquere comoda patriæ, imò se relinquere, è suis egredi, exulere vivere, atque huc illucque vagari, micat summa in felicitatem benedictio? Aphilius patet fortis avertio, vel fortunæ supplantatio. Nullo modò. Larva aliquando picta, cum epigraphæ: *Vera latent.* Ita videtis apud Silv. à Petra-Sanct. lib. 6. de *Symb. Heroi.* Specie aliena incedit entitas felicitas, & per adversa graditur summa virtutis. Species perfectionis solummodò species: & dum aspera proponuntur Abrahæ, repletur benedictione; quippe non est respectus ad falsa, quæ foris terrent, sed ad vera, quæ ad tempus sub larva latent. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Nova videtur felicitatis forma, per adversa: ideo felicitas nova: verèque omni felicitate benedictam, quoniam perpetuò labor amplexabitur fortunam. Haud cadit, dum cadit Deus, sed medetur vulneri: consulit faucio pectori, ut iungat sibi: amor fludet vulnere, medicamini; & præstat iurè in ipsa vita ministrata à morte.

4 Accidit Iasoni Theffalonico desperato à medicis (quoniam exhausta in opere pharmaca artis, insidijs vomicæ sub corde latentis, irritò effectù, & incognitâ causâ, igitur ipsa medicamina, maiora vitæ pericula) sobitò cupidè inimicæ manus invadi, quâ latebat virtus vomicæ. Exclamavit diro vulnere Iason, & terram ore momordit. Ictù indicatus est mortuus, sed fecit gladius, quod debuit arte chirurgus: igitur egrediente per doloris ostia putrido sanguine, apparuit casu vitus de infirmitate, vita de morte. Ita refert Ravif. Text. in *Officin.* lib. 7. cap. 53. Quoties contingit animæ, quod semel corpori! Moribunda, imò mortua apostemate iniquitatur, & sine dolore jacet: cum minime periclitaretur, si doleret. Medici spirituales, agnoscut signis periculum; verùm, ubi non dolet, casum arbitrantur pharmacum: etenim ni pateat os, ut expellatur foras culpæ virus, veneno interno suffocatur animus. Periret sanè anima, ni vulneraretur corpus. Hoc gravatur morbis, repletur malis; aggravatur manus Domini valido vulnere, quod monet de vulneribus animæ dolore. Erit ne gravis manus, ita ictibus comprimens corpus? Neutiquam. Illustrem utique celebrabis medicinam: quandoquidem anima invenit salutem, ubi corpus validum amisit per vulnera sanitatem. Ita corpus arte petere, non est severitas; sed summa benignitas. Studium est gratiæ, dum mors animæ arceat cor-

poris vulnere: igitur amor in dilectione præstat; si in morte vitam obsequiosè ministrat infer pœnam; ut graviorem auferat, dolereque facit animam, ut minime doleat.

5 Scitur itaque, paradysum esse symbolum gloriæ, ad cuius ostium expulso Adamo, Dominus benignus & iustus, *Collacavit Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem.* *Versatilem*, quippe in motu continuo homini, qui sponte recessit à Deo: *Gladium*, ut concidat; *flammeum*, ut urat. Sit: verùm quorsum huiusmodi studium? Si improbi, estò appropinquent usque ad portas mortis, non accessuri ad hortum voluptatis, ad quid custodia? Clauditur ianua. Si bonis patet introitus, quare gladio, igne, atque custode præclusus? Custos prohibet, ignis arceat, gladius expellit. Quomodo turè ingredientur, ubi tot obicibus præpediuntur? Ad quid gladius, ad quid flammeus, ad quid custos, ante gloriæ paradisi iannam? Ut boni securius ingredientur in gloriam. Boni etiam, à Deo grati vel indulgentiâ, vel levitate naturæ habent imperfectiones, & plures, quæ ut evanescent ante ingressum, exigunt ignem: habent quoque plurimas superfluitates petentes ensem: videlicet, pectus inflammatum philantiâ, cor languidum voluntate propria, dolorem pleuritidis in sanguine, pro suis ingitur pungente, pedes in aliorum commoda laborantes vinculis podagra, gravidinem pro arbitrijs, in oculis affectum curiositatis, in auribus blandinem adulationis, linguam præcipitem, & manuum otiositatem: quæ quidem omnia deposcunt vel ensem, vel adustionem. Nihil coinquinatum intrat in gloriam: & ut securè portas paradisi pertransiant, qui recti corde; utitur cultus Cherub & gladio & igne: gladio, ut vana inutilisque superfluitates stirpitus rescendentur: igne, ut animæ vulnera candente ferro inurantur.

6 *Quatuor fabros* pro restauratione urbis & templi vidit Zacharias à Domino missos. Solatium est animæ, incommoda vel iurè patienti, quòd tribulationes à Domino missæ. Angelos arbitratr Sanctius hic num. 81. Contuitus utique pectoris levant acerbitatem doloris: igitur placidè suscipitur pœna, quamtuvis amara; dum intenditur ab inferente utilitas ædificationis, & nullatenus dolor acervitatis. Fabri in huiusmodi restauratione Angeli vocantur, & prudentes Superiores hoc emblemate ostenduntur: siquidem conditionem imitantes Angelicam, etiam dum faciunt, ædificant. Iam enim à malo in bonum, à simulachris in

Gen. 32.

Tribulationes mittuntur in hunc num.

Zach. 1.

Sanct.

Superiores debent esse subditis fabri.

Labor animas purificat

Matulam absterget qui non habeat.

Hieron. Sanct.

Modus correptionis & correctionis prædicationis.

Ovid.

S. Bened.

in veri Dei cultum, à culpa in sanctificationem formam, quasi à Babylone in patriam reversi fuerant filij Israel, celebrantes libertatem, & plodentes servitutem, ut sicut ad amissam artis saxa coaptabantur in insigne delabrum, ipsi lapides vivi coedificarentur in templum vivum, & ad unguem legum. Ad quid igitur fabri, si iam conyersi?

Tunsonibus, pressuris Expoliti lapides, Suis coaptantur locis Per manus artificis.

Aliquid licet non grave remanserat è pristina servitute, devenutus pulchritudinem imaginis, maculis imperfectionis. Aliquid, sed exiguum deturpabat decorem rutilantis gratiæ ex affectum indulgentiæ, vel pulveris conditione. In templo gloriæ nulla imperfectio obtinet introitus: evanesceat vel per ignem, vel per gladium: & mittuntur Angeli fabri in huiusmodi opera; ut anime appareant Domino sine macula.

7 Altiora cogitemus. Angeli purificant homines, uti materiam artifices. Aptè Angeli ministri sunt purificationis hominum, qui gratiæ Dei salutis hæreditatem capiunt; etenim fatiis & promptius maculas abstergit, qui non habet. Angeli fabri sunt. Cuius nam artis? Ferrariæ autumat Hieronymus hic, cui aspillatur Sanctius ubi supra, subdens: *Cum malleo, incude, lima.* Ferræ plerumque sunt hominum corda; & mittuntur in ignem, ut emollescant tribulationis flammâ. Cum malleo accedit, ut homo purificetur, & vel fugillans minister voto potitur. Difficile iam facile opus, quoniam minister Angelus: crebris ictibus amaritudinum quatit rationale ferrum; ut non deficiat ictibus, & mundetur à fordibus: igitur percuit tali prudentiâ, quòd rubiginem excutiat; & altera manu simul tenet, ne ictu cadat. Prudentia indicatur Præfibus necessaria, quoniam subditi, uti homines vasa lutea, imò vitrea, quorum regimen indiget arte; siquidem franguntur & frigore & igne. Fragilis exhibetur materia, in qua reliceat artis regiminis summa: quandoquidem Angelorum Præfidum continuum debet esse vigile studium; ut ictibus mallei inferiores mudentur, & tunsiene ne frangantur. Aliter, ut canit Poëta lib. 3. de Pont. Eleg. 7. *Curando fieri quædam maiora videmus Vulnera, quæ melius non tetigisse, fuit.*

Illustris prorsum documentum Patriarchæ N. Benedicte *Rugul. Sancti.* cap. 64. *In ipsa autem correptione prædenter (Abbas) agat, ne dum nimis cupit eradere aruginem, frange-*

gatur vas. Non erit moderamen cautum prudentiæ, si medicina nocet: totumque intentum increpationis ceritur, ubi vas pectoris turbine frangitur. Sed hoc *Tautolog.* 4. *Didasc.* 1. 2. & 3.

8 Simul feruntur incus & malleus. Quo ergo intuitu, qui canduit ferrum? Durum, ferreum erat cor: lenivit ignea lex, malleus flexit; sed in incude igitas favillas quasi iacula mittit. Quid mirum, quòd videris hominem igne concepto, vel pressum inter malleum & incudem, scintillantem; si tunditur ut flectatur vel contra, vel ultra legem? Sæpe ita homines ut ministri, aliter Angeli cælestes fabri. Quid perfectionis habeant animæ fidelium, patet in incude ferrea frequentium perfectionum. Ferrum frigidum levi ictu tundentis resonat, dum fugillatur fugillat: candens cedit estò casum, nil lædit estè percussum: Angelique animas, ut probentur, mittunt sub incude, an conservent patientiam tacito corde. Dum affabrè percutitur animæ templum, malleus & securis non audiuntur: quandoquidem moles elevatur augustè, si parcurit querimonia. Debent lucere simul & ardere; quia ardere parum est, ardere & lucere perfectum. Sibi ardent igne charitatis in fornace diræ perfectionis: & tunduntur in incude, qua ictus mallei foris favillas excitant; ut alijs in exemplum quandoque luceant. Ut silices ictu flammescunt, pariunt malleo, quod concipiunt: etenim minime patet, mirantibus notam amaritudinis, nisi materia splendoris. Frangitur uti vitrum, quod tunditur sicut ferrum; & splendet licet fractum. Quid quòd conchyliæ frangantur, si ictu uniones exhibent? Semper datur decori locus, quamtuvis qualiter pectus; siquidem disponitur splendori, quod parabat cruciamini.

9 Incudi & malleo in animæ perficiendæ meditata opera, additur consultò lima. Fit psalm vividum hieroglyphicum, ut in purificatione imitentur Superiores instrumentum. Lima lustrando mordet, morsu terit, terendo aptat, & aptando collustrat. Ubi maior resistentia, maiora tollit; ubi lenis materia, lenis pertransit: non tollit nisi superflua: & in exemplum Præfidum signatur lima; quia non terit, ut terat, sed ut perficiat. Insuperiis indicaretur artifex, si pro qualitate materiæ haud uretetur commoderate limæ. Opera sanè perdetet & instrumenta: unde pro correptione subditorum exponitur commoda lima: quoniam ni opportune & opportuna, subditus Præfidem mordet, & Præses subditorum super-

Agrè fertur vel à pacifico exorbitantia.

Dum urgeat tribulatio, claret anime perfectio.

Cedit in splendorem divini cruciamini.

Lima symbolum prudentis id crepationis.

Medicina qua oportuna.

uitates non destruit. *Alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus; & secundum uniuscuiusque qualitatem, vel intelligentiam se omnibus conformet, & aptet:* ait Dux ordinis Monastici, ubi supr. cap. 2. Industria & sagacitate indiget, ut subditos Praeses in perfectionem aptet: siquidem ni lima congrua vastitatem triverit; in formatione meditata deformabit, & conformatione destruet. Nimis igitur delicatulae sunt hominum conditiones, maxime si micat philanthia, vel levis macula criminis; quandoquidem vel non nota, vel si nota, non reputatur ut macula. Hoc opus, hic labor est. Ingeniose tunc utendum est artificio: proponenda & increpanda in tertio, vel ita lima abstergenda, ut non cognoscatur correptionis lima.

10 Primi exemplum patet in parabola Nathan ad David, & in plerisque N. Servatoris. Secundi strictim exponam. Polluta erant labia Isaie, & fatetur pollutus: proximior est sanitati, quisquis fludet criminali confessioni. Haud petivit medicamen, & ad illam volavit unus de Seraphim. Commendatur gratia, igitur nec postulata conceditur medicina; & apparet in xpro promptum levamen, antequam invocaret adiutorem: *Promptum iure dixi*, quippe in remedium facer minister non tantum cucurrit, sed & volavit. Polluta sunt labia: quid appendendum ad linguam dolosam? Potentis sagittae? Carbones desolatorij. Ita ergo tulit unus de assistantibus in throno forcipe calculus ignitum, antidotum sordium linguarum, & tactu labia urens dixit: *Ece tetigit hoc labia tua.* Perpende. Propheta ignorare poterat, quod pruna adurebat labia? Nullomodo. Ad quid ergo animadversio? Ut commendetur Seraphice increpationis modus, qui attrime & meditante sapientissimus: quandoquidem ita Prophetam blandi corripit, dum urit; ut quem urit, urentem increpationem ignoret. Capienda est mens hominum, ut sibi displiceant vel umbrae criminum, quod quidem tunc bene cedit ineluctum opus, dum evadit subditus & correctus & gratus, quia exoneratur gravamine, negligenter contracto incuriosa imperfectione. Quid nonnumquam increpationem magnum habet, dum vel ultus non intelligit: laudat modum, & fugit excessum: etenim punctus compunctus abdicat ignem, & intendit per ignem in correctionem.

11 Praeterea. Unus de Seraphim Prophetam tangit ignoto calculo, & urit: ceterum in ultione non asserit, os Vasis Evangelici urere, solummodo tangere. Ultio ta-

cu sit: cur ergo in duplici ministerio exprimitur, quod pruna labia tangat, & non urat? Ut conllet in ipsa oburgatione modus singularis imitabilis prudentiae: etenim quandoque necessarium, ut unica actione Praeses alium urat, alium tangat. Iuxta complexionem peccatoris erit modus medicaminis: quippequam alius aliter haud corrigetur, nisi ultus; & alius non aliter respiciet, nisi tactus. Hinc additur: *Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Unde scit sordem iri mundatam, & iniquitatem abolitum? Quia urendo tetigit, & non usit: facileque mundatur ab inquinamine peccatus, si tangitur & non inplius.

12 Ni velis dicere, studium summum prudentiae in applicatione fuisse: igitur prudens consilium, imò miraculum, ita caute ignem oburgationis adhibere; ut ignis tangat labia imunda sine ultione: etenim ars hoc artificio constat, ut qui patitur ignem, nihilum sentiat. Ita cuidam vulnerato dicitur: *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* Quanta prudentia! Ipse vulnera palpat, & ignorat: de vulneribus cruciamenta oritur, & de dolore non queritur. Verum unde cautio tanta in calculi applicatione? *Forcipe tulerat de alteri.* Non manu propria prunam, ut labia mundaret, tenuit; sed forcipe tulit. Non est passus, quae pati intendebat subditum, ob immunditiam labiorum; ceterum non ignorabat, sine forcipe manum ignem applicentem fore patientem: & caute cum igne accedit; prudenter cogitans, quid si quod subditum increpatione urit, increpationem leviter quandoque tangeret? Plerique subditis imponunt onera gravia & importabilia, sed renunt digitò movere ea. Quid non refugiet humerus, dum digiti removeretur futilis tactus? In labore hominum non sunt, & ambiunt pro maiestate quietem, cum maceria depulsa humerorum fortium exigit applicationem. Vident discipulos laborantes tota nocte, & stant in littore, quia prunam surripiunt forcipe. Si laborem ex proprio agnoscerent, alijs indulgerent, ut sibi parcerent. *Suam fragilitatem semper suspensissis:* ait qui supr. & ubi, Patriarcha N. Ex propria si cognosceret alienam fragilitatem, fugaret subditorum amaritudinem: unde caelestis Praeses, quia calculum manu non tulit, subditi haud usit ora, sed dumtaxat tetigit; quippequam minime vulneri igne increpationis medebitur, quisquis priusquam urat, quoniam urit, non uratur.

13 Ergo proposito. Labia erant imunda, sed cito purganda. *Auferetur* (di-

Unde medus, & in qua?

Ibid.

Causa correptionis.

Zach. 13.6.

Ubi sup. v.6.

Ex cruciamine propria alienum patet cruciamentum.

S. Bened. Praesa egre accedat increpationi.

Ibid. Aut lacrima austeritatis non compescit. Seneca.

Pharmacum modum efficitur medicamentum.

Quid deliquit, corrigitur si plebitur ut mundetur.

Iustus à Deo corripitur, ut non corripitur.

(dicitur) *iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Et igne excusso? Et flammatae calculo? Et vibrante ministro? Austeritas haud audaciam compescit, sed nimis auget: ita Tragicus in *Thyeste*. Act. 1. v. 29.

Nec vacat cuiquam vetus Odisse crimen, semper oritur novum, Nec unum in uno: dumque punitur, scelus Crescit.

Quomodo ita facile iniquitas aufugit, & peccatum velociter evanescit? Ignis materia peenae acrioris, & amplioris cruciaminis. Sane, sed applicatur amore. Plenitudinem charitatis Seraphim sonant: & labia minime refugium flammam, quia placide fertur tormentum, quamvis sit ignis; dum rasilat in ultione specimen charitatis. Non semper virtus in medicamina: si aliqua, maior in applicatione: siquidem dulce tormentum, & efficax vulneri pharmacum, quod applicat dolenti condolentis amor: & irritum, aptum, quod adhibet inconsulto, etsi iure, praedis furor. Patet. Propheta corripitur, & igne corripitur: sed non queritur: Ultus tacet? Uti que. Non plebitur, ut plectatur, sed ut munderetur. Qui intentum intropiscit iudicis, facile revocatur in lucem mentis: ignorat in tormento tormentum, dum cruciamentum amplectitur beneficium: gratesque vel ultus refert, quia cognoscit, quantum interest: etenim etsi serò, sapit non vibrari ignem fulminis in cruciamentum, sed cruciamentum ignis in purificationem.

14 Non est invidenda humana felicitas igitur voluptas & dolor invicem cedans, sed brevior illa. Extrema gaudij luctus occupat, & a tergo dolorem sequitur gaudium. Felicitas, & summa, & demerentium! Vae impio in malum, Qui beatum praedicant, sane decipiunt. Calamitas & gravis, & sine crimine! Dicite iusto, quoniam bene. Bene, dum teritur oppessus tribulatione: Bene. Scit Dominus, quod iustus si abundaret divitijs; etiam vitijs: & subtrahit opes, ut arceat iniquitates, & irritamenta humanae fragilis inclinationis. Scit illa vel illa occasione peccaturum; & omnia ei cooperantur in bonum: siquidem removel alta providentia crimen, dum removel per obicem occasionem. Scit, amicos, uxorem, filios futuros illi in scandalum, vel saltem in compedes, ne quaerat querendum: & tollit ab oculis, oppressis amaritex sine instantis acerbitatis; ut expeditis cordis, intendat sollicitè in bonum, à quo bona cuncta tamquam à fonte procedunt. Sauciat, ne fauciet: mortificat, ut vivificet: semper enim iustum, quem diligit, quasi sub lectu habet; & amicus etiam,

dum vulnus infligit: siquidem non exercet molestia hominem, ut mortificetur; sed ut macula criminis mortificatione abluatur.

15 Per aquam & ignem ira Dei demonstratur sepe in Scriptura. *Intraeunt aquae usque ad animam meam:* dicitur à Davide, idest, tribulationibus. *Ignis succensus est in furore meo:* dicit Dominus per Moysen. Utumque amplectitur Petrus Epist. 2. cap. 3. v. 6. & 7. Per aquam & ignem semper purificationes fiebant; ut observat Pier, Valerianus lib. 46. cap. 30. Quae videntur tamquam in elementis oppositis summe contraria, sunt maxime congruentia: etenim qui magis incurfus sunt afflicti, effugiant, ut magis purificati. In aqua videtur ira, & supplicium, & deliquentium tormentum. Iure fulminatur uti lenientia amoris; dumtaxat in odium commissi criminis: quippe si per aquam signantur tribulationes; magis ac magis significant, dum homines magis usque ad animam suffocant. Ignis si accenditur, videtur furor: igitur qui excitavit flammam; penetrat usque in medullas. Mittitur in ossibus ignis, & cognoscit tribulatus cathedram eruditionis: siquidem tribulatione satius quam chymica arte, pretiosam summe separatur à vili. Probatum tamquam aurum in fornace: & lucent auri pretiosissimi grana, quoniam igne apparuerunt auri momenta.

16 Nota purificationem. *Transivimus per ignem & aquam:* hoc est, inquit Genebrard. *Vasis & contraria panarum & calamitatum genera.* Si aqua frigiditate nocet, ignis allicit: si ignis urit; aqua ostium uti contraria refrigeratione fovet. Hinc de Cyeno. Phaeothone de caelo tacto, canit Ovidius lib. 2. *Metam. Fab. 4.* *Ignemque perosus,* Quae colat, elegit contraria flumina flammis. Et simul aqua & ignis designantur ut tormenta in ipsa refrigeratione; quoniam in delicijs mundi non inveniuntur deliciae. Saepè videtur iustus, calamitatibus quasi igne exterminari, ac poenis tamquam aqua precludi: & dum fortius sustinentes circumdant, transcut per ignem & aquam: igitur haud tormenta diversa ministrantur ut peccant, sed ut transcutant. Per ignem & aquam purificationes sunt: & à Genebrardo per aquam & ignem tormenta varia signantur; quoniam minime transibunt animae in patriam caelestem, nisi per tribulationem. Patitur improbus, sed non transit; vel si transit, est à dolore in dolorem. Patitur bonus, & transit in refrigerium; quia educitur de dolore in voluptatem. Magnum discrimen

Psal. 63.

Deut. 32.22.

Pier. Valer.

Psal. 114. curatur animus, qui patitur corpori.

Psal. 63. 12. Geneb.

Ovide

Deliciae mundi salaces.

Tribulatio gradus in gloriam.

inest

inest patientibus; & doloribus: quippequam peccatores comprimuntur, ut peccant; & iusti singulariter affliguntur, donec transeant: gratique sponte per ignem & aquam amplexantur cruciamen; quia non datur in cruciamen, sed in purificationem. Quid de fortuna querimus homunculii ignavi? Non est fortuna, sed divina providentia. Dicitis cum Firmiano Simphosio,

Fortuna potens quam variabilis,
Tantum iuris atrox, que tibi vindicasti
Everti que bonos, eligi improbos,
Nec servare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afflert:
Iustus illa viros pauperie gravat,
Indignos eadem divitijs beat,
Hec aufert iuvenes, & retinet senes:
Iniusto arbitrio tempora dividens:
Quod dignis admittit, transfert ad impios.
Nec discrimen habet, rectave iudicat,
Inconspans, fragilis, perfida, lubrica.
Quid vobis videtur? O iusti! O iniusti! Quid Ipe respondeat.

Nec quos clarificat, perpetuo fovet:
Nec quos deseruit, perpetuo premit.

Ignem Christus venit mittere in terram, & hanc cupiebat concipere flammam, non ut terram cordium consumeret; sed ut noxia perderet. Diu oppressa dumis (ait Chrysologus *Serm.* 164.) cupiens novalia purgare, ignem mittit primum maximus magister in terra, ut quicquid naturalis squalificerat luxus, quicquid arefecerat brumalis rigor, artificij depurgat, & consumit incendio. Lucet tunc, quod urit in terra cordium. — Omne per ignem

Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.
Canit Virgilius *Georgic.* lib. 1. v. 87. Magna insignitur vel penitenti pena; sed in inflicta maior apparet misericordia: quandoquidem ne afflictum finis afflictionis lateat, amor iudicis & vindicis vitam in morte ministrat.

DIDASCALIA III.

In Christianorum pena latet futura gloria.

1. Profert ingeniose Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. Altè cogitat, ne Christianus persecutiones fugiat: etenim quæ videtur pena, latet gloria; & nequaquam evaescit, quia in persecutione lateat.

Siraphol.

Chrysol. Unitor territorialis ut vitium careat, & vitium tibi fuerit. Virgil.

Gregor. Naz.

Nec te quæris extra.

Cecinit Persius *Satyr.* 1. v. 21. Exteriora persona apparent, quoniam opposita & pati & frui: sed consonant interiora, igitur inter opposita nulla micat differentia. Species immutantur, verum non immutant veritatem species. Contraria invenies, si quæris extra; nullum discrimen, si perpezeris intra. Silenorum adinstar (de quorum imaginibus egimus *Tom.* 1. *Tautolog.* 3. *Didasc.* 10. num. 13. & *Tautolog.* 5. *Didasc.* 20. num. 10.) homo interior & exterior (hic exteriori cultu, ille absconditus cordis homo, ut ait Petrus) siquidem si primo aspectui luminum imago occurbat rudis, ad intra consuscabat plena radijs. *Puta itaque Deum dicere* (inquit Seneca de *Provid.* cap. 6.) *Alijs bona falsa circumdedit, & amicos inanes, velut longo fallacique somnio lusi. Auro illos, argento, & ebore ornavi; intus boni nihil est. Permissi vobis metuenda contemneret, cupienda fastidiare: non fulgetis extrinsecus: bona vestra introrsus obversa sunt. Felicitate prorsum: quandoquidem dum urget mala fortuna, latitat gloria; quoniam bona penæ uti obversa, sunt ad intra: & quousque hominis cordis, uti Silenorum, aperitur penetrale, apparent sine splendore: sed ibi introrsus consuscabat, licet ob corporis velum extrinsecus non appareat.*

2. Pro simbolo gloriæ apparuit Dominus in flamma ignis; & pro signo angustie populi in Egypto, ut moveret in subsidium profugum Moysen, hic atronitus vidit rubum flammantem. Rubus ardebat, sed non comburebatur, ut pateat, quod tribulationes mittuntur iustis, ut luceant, & non ut ardeant. *Vadam*, ait, & *videbo visionem hanc magnam*. Accessit Moyses ultro, ut portiretur voto; sed statim audita est vox: *Ne appropries huic*. Tunc ergo *abscondit Moyses faciem suam*. Plura occurrunt disquirenda. Si intendit videre visionem insignem, quomodo abscondit sollicitè faciem? Si gloria fulget vivenda, & visioni gloriæ Moyses appropriat; quare arcetur progressus, ut clarius videat? A longè minime clarè videtur & sine oculorum ministerio nullatenus fit sensatio. Si ergo visioni exponitur ignis magna singularis scena, ut in flamma mirifica rutilet incognita gloria; videtur, ut non videatur? Nullo modo. Indicatur ubi collocanda lumina, & ubi querenda gloria.

3. Pependit. Pressus Moyses dira tyrannide aberrabat extra patriam, dum alij filij Israel extremam patiebantur angustiam. Qui hic patiuntur, etiam hic glorificantur, gloria quorum signum apparebat in rubo,

Perf. libi gloria, ubi pena.

Silenor. ad. imaginem.

1. Petrus 3: 4.

Seneca. Bona vera in mundo introrsus obversa.

Gregor. Nazianc.

Quæ abstrahit ad extra, gloria vana.

Exod. 3.

Verf. 5: & 6.

Quomodo Moyses luminem claudat, ut videat.

rubo, radijs ignis illustrato, sed non consumpto. Visio profectò magna, quòd gloria includeretur in passione non condigna. Stupuit Moyses, & dum intendit in gloria visionem, retorquens lumina in pectus, abscondit faciem: igitur apertus totus splendor inerat, in pectore quo latebat. In corde tribularum residet, quæ queritur extra, patientiæ & fortitudinis gloria. Rubus ignibus lucens, splendoris dumtaxat erat speculum: gloria in corde habebat solium; & à rubo lucida, quam videre conatur, avertit vultum; ut clarius gloriam querat in pectoris throno, cuius signum tantummodò apparebat in rubo.

4. Causa liquet. Bona quærebat Moyses inter tot corporis & animæ amaritudines. Apparet rubus ignitus, gaudetque visione lachrymans oculus; sed in pectus dirigit luminum aciem, ubi proponit magnam videre visionem; quippe cum bona vera introrsus obversa sint; sete querit & anxie, an gloriam videat in se. Vera gloria iuxta Nazianzenum, oculos fugit.

Quam decor occultus decorat, quam tecta venustas.

Ita loquitur in *Præcept.* ad *Virgines*: igitur estò floreat virtutibus pectus ut hortus, hortus conclusus; estè ebulliat aquis vivis charissimatum, fons signatus. Gloria quæ florebat ad oculum, allicere debebat cum cogitatione lumina: & oculos avertit Moyses à visione magna; ut experiretur, an illa, quæ videt bona, sint vera: an habeat virtutis solidè firmitatem, quæ gloria in rubo emittebat splendorem: quandoquidem animo religioso suspiciosa, ni haberet intra, quæ lucebat extra.

5. Hinc patet ad principale questionis propositum. Gloria æterna designata fuit in rubo flammante, lucido igne, interminato splendore, cuius spe eveheretur animus Moysis in patientiam tribulantis, ut Israëllem de domo educeret servitutis. Hic inest sane pena, & pena summa. Hic lucet visio gloriæ, & visio magna; quia gloria nitet in pena: quam videre cupiens Moyses, meditantè versus pectus, eius abscondit facies; ut videat in proprio throno, quæ conspiciebat in rubo: igitur si extra patebat, in pectore latitabat. Haud facile creditur thronos beatitudinis in loco tribulationis: & ut constet tribulationem oculare beatitudinem: Moyses versus pectus dumtaxat luminis dirigit aciem: etenim non inquireret in pectore, ni perfectionibus gloriam haberet in corde.

6. Astruit intentum, dum vox progreditur. *Ton.* 11. *Taut.*

dienti in visionem truncat conatum. Scrtari sollicitabat Moyses illud singulare quid, & audit: *Ne appropries huic*. Ut intelligat mysterium, exhibetur oculis rutilans ignis, & procedit anxius in captum miraculli singularis: quandoquidem novum, quòd in extrema pena lateret lucidorum fulgore gloria, & sub ornatu acerbissimi procius doloris regnum constaret inaudita volupratis, militis plantu & fletu, persecutione & gaudio, amaritudine denique & felicitate; quæ omnia investiganda (ut opposita) in rubo flammante singulariter illata. Pedem movet, & vox motum interdicat. Ad quid gressus, si viger animus? Dirigat in penetrabilia pectoris faciem, & intelligat visionem: etenim illa quæ in rubo ad extra gloria fulgebat, in pectore Moysis intrinsecus latitabat.

7. In Elia etiam visum. Illum Iezabel persequatur ad mortem usque, & fugit minas, sed obdormivit discrimine. Quid hoc? Frustra aciores persecutiones gravant, quem dolores mortis incuriosè soporant. Persecutionem passus mortem fugit, & gloriam Domini in Horeb felix invenit. Ante eius oculos transitura gloriæ visio: *Quod cum audisset Elias, operuit vultum suum pallio*. Oculos claudit ut videat? An quia despiciens voluntariè temporalia, speculatur cœlestia? An quia qui cæcè obedit, plus in obedientia videt? Plane; igitur quicumque iudicium sequuntur proprium, oculos habent, sed non videbunt. Ideo obvoluto capite, *Egressus stetit in ostio speluncae*. Firmiter procedit, quem cæcè obedientia ducit. Non cespitat clausis oculis, qui lumen habet privatione luminis. Intendit in Lazarum, seu obedientem perfectum. Ausugit voluntas propria, quia *Facies illius sudario erat ligata*; & sepulchro propriae interventu fallacia, & amica voluntatis; non ostendit etiam ligatur pedes & manus inlitis. Hinc Elías ut videat, clausis lumbibus prodit; quoniam si videret extra, gloriam illam non videret.

8. Ergo ad rem. Gloriæ ostendendæ optabilis magnitudo, & oculos obstruit qui visurus, pallio. Merito quidem, ut pateat, quam patiente, obtineat felicitatem. Gloria perfectionem non tantum sequitur, sed individue obsequiosè comitatur; & operit pallio faciem, dum Elías patitur perfectionem; ut gloriam, quam in olio confecturus speluncae, reflexione luminis scrutaretur in corde: quandoquidem gloria quæ ex pena, futura; præsens in pena: & secum afflictus habet, quod extra videre cupit.

Er. 3. 12. Frustra queritur, longè quod est in pectore.

3. Reg. 19. 13.

Ibid.

Obdormit plus videri, dum minus videt.

Ioanni. 12. 44.

Gloria futura est pena, non summa.

N. 2. Quam